De
T. Livii oratione disputatio.

Caput I, quod est de usu verborum simplicium.

Anni prope ducenti sunt, cum de Patavinitate, quam in T. Livii historia Asinius Pollio sibi deprehendisse visus est, coeptum est quaeri; primus enim G. D. Morhofius ratione et via disputationem de Patavinitate, quae esset et qualis, instituit.*) Quae quaestio difficilis atque obscura ne nunc quidem absoluta et perfecta est et vix unquam videtur perfici posse. Quamquam enim ex Quint. inst. or. I. 5. 56 et VIII. 1. 3. intelligitur, Patavinitatem illam esse positam in peregrinis et externis, quae non oleant Romae alumnum urbis, Liviique orationem, ut Asinii quidem ferebat opinio, non plane fuisse romanam; tamen non facile dixeris, quae tandem peregrina illa sint et externa. Quintilianus quidem Asinii reprehensionem iniustam esse iudicavit; omnia enim Jtalica pro Romanis habuit, (I. 5. 56.) et Cicero libere professus est, se scire tantum, esse quendam urbanitatis colorem, nescire, qualis esset. Js igitur extra Romam audiri scripsit verba quaedam non trita in urbe, quae tamen facile dedisci et mutari possent, sed maius id esse, quod in vocibus romanorum oratorum retinniret quiddam et resonaret urbanius. Quod quale esset, non potuit definire. Cf. Cic. Brut. 46. 171. Quae cum ita sint, temere forsitan et arroganter faciant, qui ingrediantur explicare, quae ipse ille Cicero posse explicari desperavit. Videntur enim vehementer errare, qui sibi persuaserint, Livii libris cum Caesaris, Ciceronis, Sallustii collatis posse fieri, ut Patavinitas deprehendatur. Quod qui fecerunt — sunt autem non pauci — demonstraverunt, Livium et in delectu et in structura verborum et in conformatione sententiarum multis locis discrepare ab optimis latinitatis auctoribus, sed iniuria ea omnia, quae a Caesaris, Ciceronis, aliorum consuetudine et oratione differrent, ad Patavinitatem putaverunt esse referenda. Cicero enim historiam

*) G. D. Morhofius de Patavinitate Liviana. Kil. MDCLXXXI.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non attigit; in historia autem nec philosophos nec oratores temere esse imitandos, satis liquet. cf. Quint. X. 2. 21—22. A Cicerone igitur exemplum historiae petere non licet, et iniuste Livii orationem oratione Ciceronis metiuntur et iudicant. Ne Sallustium quidem in genere historico imitandum putaverim; est enim in eo magnum studium novandi (cf. Gell. IV. 25. 1.), habet vitandam brevitatem et abruptum sermonis genus (cf. Quint. IV. 2. 45.), est amator priscorum verborum, totum denique genus dicendi apparet dedita opera esse quaesitum ob eamque causam est molestum. Superest Caesar; cuius commentarii quamquam sunt recti et venusti (cf. Cic. Brut. 75. 262.), tamen sunt ita scripti, ut qui vellent historiam scribere, haberent, unde sumerent. Jidem aut omnino aut maximam certe partem versantur in bellis narrandis iisque rebus, quae sunt cum bellis coniunctae. Cum autem in historia accidat, ut explicandae sint eiusmodi res, quae ad vitam moresque hominum et rerum publicarum ortus, incrementa, mutationes, occasus pertineant, vix poterit fieri, ut Caesaris exemplo institutoque perficias. Neque, si Ciceroni et Quintiliano adsentiare, perfectus Caesar in historia est; in qua Cicero voluit esse orationis tractum lenem et aequabilem vel genus orationis fusum atque tractum cum lenitate quadam aequabili profluens. cf. Cic. de or. II. 13. 54. II. 15. 64. Idem (Or. 20. 66.) in historia ornate narrari et regiones aut pugnam describi ait; interponi conciones et hortationes, sed in iis tractam quandam et fluentem orationem esse expetendam. Denique vituperavit, qui neque tenerent, quibus rebus ornaretur oratio et unam dicendi laudem putarent esse brevitatem. Cf. Cic. de or. II. 13. 54 et 53. Quintilianus (inst. or. X. 1. 31.) sic statuit, historiam proximam esse poetis et quodam modo solutum carmen..... et verbis remotioribus et liberioribus figuris narrandi taedium evitare. Quae si ita sunt, ipsi Caesari ad laudem perfectae historiae multa videntur deesse. Apparet igitur, neque cum Cicerone, neque cum Sallustio, neque cum Caesare Livii libros ita posse comparari, ut Patavinitas illa contentione et comparatione facta deprehendatur. Quare non est necesse, hoc loco recensere et examinare sententias a doctis de Patavinitate propositas, est enim inutile magnique laboris. Tam variae autem sunt et discrepantes, ut ipsa varietas magno sit argumento, homines doctissimos tantum coniectura esse ductos ad suspicandum certique nihil habuisse. Jtaque omissa Patavinitate nobis placuit inquirere in ea, quae sunt Livianae orationis propria. In quo ordiemur ab usu verborum simplicium, quae sunt multa apud Livium pro compositis.

G. H. Moserus in explicando loco Ciceronis, qui est in Legibus (II. 10. 25.) haec disputavit: Hoc verum est, prosae orationis scriptores optimae aetatis, Ciceronem inprimis, et ut quisque ad eum proxime accederet, amare verba composita, poetas vero et eos prosae orationis scriptores, qui vel archaismis delectarentur vel aevo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

posteriore poetarum nonnulla in pedestris orationis ambitum transferrent, qualis fuit Tacitus, verba simplicia eo loco ponere, quo Ciceroni nonnisi composita placebant." Ex quo perspicuum est, consuetudine priscorum et poetarum esse factum, ut verba simplicia pro compositis scriberentur. Titum autem Livium eandam consuetudinem esse secutum, iam demonstrabimus.*) Neque mirum; in enarrandis enim rebus vetustissimis vetustissimos auctores et rerum et orationis habuit et a natura ita fuit comparatus, ut aptior esset ad epicum genus, quam ad historicum. Jam vero veniamus ad id quod propositum est, et enumeremus ea verba, quae apud Livium sunt simplicia pro compositis. Omnia autem adferre nec voluimus nec potuimus; id tantum egimus, ut perspiceretur, latissime illam consuetudinem dicendi patere.

Acervare III. 36. Leges perlatae sunt, quae nunc quoque in hoc immenso aliarum super alias acervatarum legum cumulo fons omnis publici privatique est iuris. V. 48. acervatos cumulos hominum urebant.

Agere. III. 10. bellum geri cum plebe, quam ex urbe praecipiti agmine acturi essent. X. 31. Samnitium bella agimus. ibid..... ne labores actos referam... X. 33. impulsos semel terrore eodem agunt, quo coeperant. I. V. hostilem in modum praedam agere. (IV. 21 et IX. 36. praedam abigere.). III. 38. cum hominum atque pecudum praedas egissent. XXII. 3. postquam res sociorum agi ferrique vidit.

Alienare. VIII. 35. Jra alienavit a dictatore militum animos. XXI. 60. priusquam alienarentur omnia, obviam eundum ratus in aciem eduxit.

Apisci. IV. 3. non praeciditur spes apiscendi summi honoris. Cf. interprett.

Colere. V. 21. Juno Regina, quae Veios colis... X. 2. multitudo armatorum ad frequentes agros, tribus maritimis Patavinorum vicis colentibus eam oram, pervenit. XXI. 26. Volcae colunt circa utramque ripam Rhodani. Cf. XXIV. 49. XXXVIII. 18. XXXXV. 29.

Cadere. XXII. 1. ardentes lapides coelo cecidisse. XXII. 40. si quid adversi caderet (accideret.)

Creare. I. 3. is Aeneam Silvium creat. ibid. is Numitorem atque Amulium procreat.

Citare. I. 57. Citatis equis avolant Romam II. 10. cum citatos decurrere hostes vidisset... II. 47. citato equo advectus. II. 63. II. 64. III. 46. V. 37.

Curare. I. 20.... quae prodigia curarentur...

---

*) Haud immerito Doederleinius (Lat. Syn. IV. p. 55.) Livium Vergilii dixit imitatorem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Currere. I. 59. ex omnibus locis urbis in forum curritur. II. 23. multis passim agminibus per omnes vias cum clamore in forum curritur. II. 45. totis castris undique ad consules curritur. Cf. III. 17. V. 21. XXIII. 27.

Cedere. II. 10. eos quoque ipsos cedere in tutum coegit.

Clamare. II. 25. quamquam cuncti clamabant... III. 3. agrestes clamabant. VIII. 39. unum maxime nomen per consensum clamantium exaudiebatur.

Claudere. IX. 3. is ubi accepit, inter duos saltus clausos esse exercitus romanos... cf. IX. 4. XXI. 41. XXI. 57. XXII. 4.

Capere. XXII. 49. Cape (accipe) hunc equum.

Condere. XXII. 41. trans montes pedites instructos condit.

Carpere. XXVI. 38. in multas parvasque partes carpere exercitum. cf. III. 61. extr.

Cernere. XXXXIII. 12. priusquam id sors cerneret, ...

Dicare. I. 7. aram dicatum iri... XXII. 37. dicare Capitolium. (II. 27 dedicare aedem.)

Donare. VIII. 35. donatur (condonatur) populo romano.

Ferre. I. 10. haec tibi regia arma fero (affero). I. 48. Tullia fertur partem sanguinis caedisque paternae cruento vehiculo tulisse ad penates suos virique sui. I. 56. aureum baculum tulisse donum Apollini dicitur. ibid... qui osculum matri tulerit. II. 12. Tum Mucius: ut beneficio tuleris a me, quod minis nequisti... II. 40. Coriolanus cum ferret matri complexum... II. 41. agros illos servitutem iis, qui acceperint, laturos. II. 50. gens una saepe ex opulentissima civitate victoriam tulit. III. 6. moestum responsum tulere. IV. 33. alios, in aquam compulsos, gurgites ferunt. V. 37. plurimum terroris Romam celeritas hostium tulit. V. 45. pavor quosdam in hostem ipsum improvidos tulit. I. 4. spem ferentibus (afferentibus) dabat. XXI. 32. fama incerta in maius vero ferri (efferri) solent. IX. 23. ferte (inferte) signa in hostem XXI. 55. elephanti se in mediam aciem tulerant. X. 24. si nihil aliud ex eo certamine tulerit (retulerit), illud certe laturum, ut... cf. IV. 29.

Figere. I. 26. spolia fixa eo loco. I. 45. fixa cornua in vestibulo templi. II. 65. fixis in terram pilis. III. 28. humi fixis duabus hastis. IV. 20. spolia in aede Jovis fixit. VIII. 18. clavo fixo. IX. 7. fixos in terram oculos. XXI. 44. si hoc fixum omnibus destinatumque in animo est, vicistis.

Facere. II. 1. proximi regis superbia fecerat, ut.. II. 31. discordiae intestinae fecerunt, ut... IX. 40. qui fecerunt, ut... cf. II. 45. III. 1.

Flectere. XXII. 18. ex Pelignis Poenus flexit iter. cf. III. 8. IX. 35. XXI. 31.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Fidere. III. 18. nec ulli satis rei fidere. III. 61. sibi potius fidere. III. 62. fidentes sibimet. IV. 18. satis fidens sibi. V. 26. fidentes, ea satis tuta esse. IX. 38. nec satis fidebant. VIII. 22. pestilentiae fidens. XXI. 5. vix vado fidens. XXIII. 26. neutri parti virium satis fidens. ibid. aut colli aut flumini satis fidens.

Fundere. VI. 8. ingentibus procellis fusus imber certam magis victoriam, quam proelium diremit. cf. VI. 32. X. 43. flamma late fusa (V. 54. vento diffussa flamma.)

Fluere. VII. 29. Campani fluentes luxu. cf. VII. 32. VII. 32. Romani cum fluere lassitudine vires sentirent. X. 28. Gallorum corpora fluere.

Finire. IX. 33. quod spatium censurae Aemilia lege finitum erat. IX. 34. finitum tempus modo ne excedas. ibid. ultra finitum lege tempus. X. 13. plus agri, quam quod lege finitum erat. XXI. 4. cibi potionisque modus desiderio naturali, non voluptate finitus.

Findere. XXII. 1. coelum findi velut magno hiatu visum.

Fodere. VIII. 10. hastis ora fodientes.

Gratari. IX. 43. inter se gratantes.

Haurire. V. 7. aggerem ac vineas incendium hausit.

Jungere. I. 2. arma Rutulis iunxit. I. 19. cum omnium circa finitimorum societate ac foederibus iunxisset animos. I. 28. castra castris iungere. I. 33. ut iungeretur Palatio Aventinum. I. 42. filias iuvenibus regiis iungit. II. 1. id mirum quantum profuit ad iungendos patribus plebis animos. IV. 45. consilia iungere cum .... V. 34. iuncta coelo iuga. VIII. 29. cum societate amicitiaque iuncti essent. X. 10. aedificia iuncta muro. cf. XXI. 39. XXII. 29. XXIII. 28.

Jntegrare. I. 29. conspectus aliorum mutua miseratione integrabat lacrimas. V. 25. integrant seditionem tribuni plebis. VI. 24. integrant illi pugnam. IX. 43. novae cohortes integravere caedem. X. 20. proelium integratum est.

Jre. I. 60. exsulatum in Etruscos ierunt. (II. 15. exsulatum abiit.) IX. 32. omnes populi ad arma ierant. (IX. 31. ad signa coibant.) XXI. 48. contactos eo scelere ad arma ituros.

Jurgare. X. 35. haec iurganti respondebant. VIII. 33. haec simul iurgans ... agebat. XXII. 29. sed aliud iurgandi tempus erit. XXXIX. 11. iurgantes hinc mater, hinc vitricus ...

Labi. II. 20. labentibus super corpus armis. III. 33. lapsa res est. III. 50. se in speciem crudelitatis lapsum. IX. 26. quaestio labi coepit ad viliora

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

capita. XXI. 46. multis labentibus ex equis. XXII. 3. equus consulem lapsum super caput effudit.

Legere. IX. 45... quibus legendi copia non fuerit. I. 54. dux belli legitur. II. 59. sorte decimus quisque ad supplicium legitur. IX. 39. cum vir virum legisset. cf. VI. 40. XXIX. 20. XXXX. 35. VIII. 7. XXIX. 32.

Locare. XXI. 47. equites in fronte locat. cf. IX. 2. IX. 13. XXI. 24. XXI. 55.

Lucescere. IV. 28. et iam lucescebat.

Linquere. XXX. 45. clara nomina familiae liquerunt.

Manere. I. 3. imperium ei ad puberem aetatem incolume mansit. I. 17. inde institutum mansit. I. 31. mansit solemne, ut... I. 24. in re tam clara nominum error manet. I. 27. nec pax albana mansit. cf. III. 1. IV. 57. V. 54. VIII. 21. IX. 22. IX. 42. X. 19.

Movere. I. 28. hi, novitate rei moti (commoti.) I. 17. cum sensissent ea moveri patres... I. 10. ne Crustumini quidem se satis impigre movent.

Mittere. I. 4 pueros in profluentum aquam mitti iubet. III. 50. vocem non misit. III. 56. vox ex eo missa ore. VIII. 9. coelo missus.

Mergere. I. 4. languida aqua mergi. I. 51... ut crate iniecta mergeretur. VI. 17. mersam et obrutam foenere partem civitatis. IX. 18. loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus. XXII. 51. inventi sunt quidam mersis in effossam terram capitibus. XXVIII. 4. quatuor naves in alto mersae.

Migrare. I. 11. Romam inde frequenter migratum est. V. 53. Veios migrare. (ibid. Veios transmigrare. ibid.... ut commigrent Romam. cf. V. 54.)

Memorare. I. 35. haec eum haud falsa memorantem... I. 36. cotem eodem loco fuisse memorant. I. 59. indigna regis memorata caedes. ibid. his memoratis. II. 60. sibi parentem ..... datum memorans. III. 12. memorare pugnas. III. 43. profecto ab suis interfectum memorantes. III. 47. cuius strenue facta in bello plura memorari possent. cf. IV. 26. IV. 43. IV. 55. V. 2. V. 11. VI. 9. VIII. 4. IX. 14. IX. 31. IX. 38. X. 11. X. 16.

Monere. I. 54. suadent, monent, honoribus abstineant. ibid. pavor tribunos invaserat, morte collegae monitos. XXI. 49. monet, Lilybaeum firmo teneret praesidio. XXII. 13. monitos, ut promissa rebus affirmarent.... XXII. 60. Tuditanus non destitit monere.

Miscere. V. 37. Alia Tiberino amni miscetur. IX. 38. gaudium invidia miscebatur. X. 27... ne unis castris miscerentur omnes. XXI. 7. mixtique (dicuntur) ab Ardea Rutulorum quidam generis. IV. 3.... cur coelum ac terras misceant.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Mutare. IX. 12. victoriae possessionem pace incerta mutasse. XXI. 45. daturum se operam, ne cuius suorum popularium mutatam secum fortunam esse vellent.

Monstrare. XXI. 54. Mago locum monstrabit. XXII. 23. cum a perfugis ei monstratus ager dictatoris esset. VIII. 39. quod manu, quod voce poterat, monstrabat.

Novare. IV. 33. Magister equitum et ipse novat pugnam equestrem.

Noscere. X. 33. clamore magis, quam oculis hostem noscunt. X. 36. dominis ad res suas noscendas revocatis. XXII. 5. tantum aberat, ut sua signa nosceret miles. XXIII. 24. ut ex iis praesentibus patres noscere possent. XXIII. 45. arma se noscere.

Ponere. I. 19. positis curis. VII. 32. positis omnium aliarum rerum curis. VIII. 1. positis ferocibus animis.

Pellere. II. 50. pepulere subeuntes. X. 41. victores pelli a portis.

Prehendere. VIII. 33. prendi Fabius Papirium iussit. X. 34. prendi censorem iussit.

Promere. IV. 22. signa ex aerario promta.

Portare. V. 11. donum amplum ad mea templa portato. IX. 1. bona eorum Romam portavimus. cf. XXI. 19. XXI. 62. XXII. 11.

Plorare. XXII. 14. strepunt aures clamoribus plorantium sociorum.

Propinquare. XXI. 46. signum propinquantium hostium.

Queri. I. 59. pro se quisque scelus regium ac vim querentur. III. 1. possessores et magna pars patrum, querentes... III. 11. assentiebantur multi, pulsatos se querentes... cf. III. 12. III. 14. IV. 16. IV. 25. VI. 30. X. 24. XXII. 43.

Quiescere. III. 58. nullo relicto sonte tandem quieverunt. (V. 23... ut fessa bello civitas diutino acquiesceret.)

Quatere. X. 41. ubi se cuspidem erectam quatientem vidisset. XXI. 28. Galli, quatientes scuta super capita.

Rigare. I. 21. lucus erat, quem fons perenni rigabat aqua. cf. V. 16.

Rumpere. II. 10. fragor rupti pontis. VI. 13. rupti ordines. XI. 6. XXI. 10.

Rapere. III. 8. praeda ex proximus locis rapta. III. 23. Fabius citatum agmen Tusculum rapit. III. 50. cum filiam ad stuprum rapi videret. III. 58. rapi in vincula. IV. 9. virginem ex domo matris rapiunt. cf. V. 6. V. 15. VI. 8. VI. 23. X. 36. XXI. 13. VI. 24.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ruere. IV. 21. ruere in agris nunciabantur tecta. IV. 33. multitudo in hostem ruit. V. 41. pars in proxima quaeque tectorum ruunt. V. 42. fragor ruentium tectorum. VIII. 19. cum in castra ruerent. cf. IX. 41. X. 1. X. 34. XXI. 5. XXI. 11. XXIII. 27.

Salutare. I. 6. iuvenes cum avum regem salutassent. (I. 7. utrumque regem sua multitudo consalutavere.) I. 50. aversi omnes ad Tarquinium salutandum. (III. 26. dictatorem eum consalutant.) cf. X. 25. XXII. 29. coll. XXII. 30.

Spernere. II. 47. spreta in tempore gloria interdum cumulatior redit. III. 26. qui omnia prae divitiis humana spernunt. V. 15. prodigia parum credita spretaque. XXII. 30. adeo et duces romanos et milites spreverat. cf. I. 9. I. 34. I. 46. II. 36. II. 49. III. 21. IV. 25. VI. 34. IX. 39. XXI. 28.

Scindere. I. 13. scissa veste. III. 58. scissa veste. VII. 37. fremere omnis acies, scindendum vallum.

Struere. I. 23. structi utrimque stabant. II. 41. periculosas libertati opes struere. VIII. 7. structo rogo. IX. 31. struebatur acies. X. 29. structis ante se scutis.

Sternere. I. 29. stratis ariete muris. VII. 7. stratae passim matres. IV. 29. per stratos caede hostes. V. 44. prope rivos passim ferarum ritu sternuntur. V. 47. cum proximos sterneret. cf. IX. 20. IX. 34. IX. 41. X. 23. X. 28. X. 29. X. 41. XXI. 12. coll. XXII. XXIII. 42.

Scribere. I. 30. legiones novas scripsit. II. 43. exercitus scribitur. III. 8. duo exercitus scripti. III. 26. magni duo exercitus scripti. III. 30. subitarium scribere exercitum. III. 41. legionibus scriptis. cf. IV. 11. IV. 37. IV. 43. VI. 31. VI. 32. VI. 36. IX. 8. IX. 43. XXI. 17. XXII. 1. VIII. 30.

Sistere. II. 29. nec sisti posse, ni omnibus consulatur. II. 65. consul sistit aciem. III. 9. non potuisse sisti. III. 16. vix concordia sisti posse videbatur. cf. IX. 2. X. 29.

Solvere. I. 49. morem solvit. III. 21. plebs senatus consultum solvit. V. 23. solvendum populum religione. (ibid. religione exsolvere.) X. 13..... ut legibus solveretur.

Serere. II. 1. cum patribus certamina serere. cf. II. 18. III. 40.

Servare. II. 11. gravem se ad maiora vindicem servabat. X. 25.... ut omnia integra Fabio servarentur. X. 28. in id tempus integerrimas vires militi servabat. cf. XXI. 2. XXI. 56. XXXIX. 4. XXXIX. 14.

Sedere. II. 12. sedendo se expugnaturum urbem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sequi. II. 59. iter in sequentem diem pronunciari cum iussisset. IV. 18. rex sequentibus obequitans Romanis. VI. 13. fugae sequendique non ante noctem finis fuit. VI. 24. cedentem hostem sequendo. VIII 39. fugientes ac territos secuti fuerant. cf. IX. 45. X. 41. XXI. 40. XXI. 52. XXII. 15.

Stare. IV. 13. tempus agendae rei nondum stare. I. 27. qui proximi steterant. VII. 23. qui pro munitionibus steterant. VII. 31... ut stantibus legatis praefectos vocarent. VIII. 32. qui proximi tribunal steterant.

Scandere. III. 68. bellum arcem et Capitolium scandet. IV. 2. arcem scandere. V. 21. cum alii desertos scanderent muros. V. 43. Romani hostem scandere sinunt. cf. VI. 17. XXII. 14.

Sociare. IV. 4. cavent, ne societur sanguis.

Suescere. V. 43. abstinere suetus talibus conciliis.

Spargere. VI. 13. postquam per agros spargi aciem hostium animadversum est. IX. 23. sparsi per vias speculatores. XXI. 52. sparsos cum invasissent. XXI. 56. sparsi fuga per agros erant. cf. XXII. 7. XXII. 54.

Statuere. XXI. 42. Hannibal captivos in medio statuit. XXI. 55. ab cornibus elephantos statuit. IX. 5. tempus statutum tradendis obsidibus.

Stupere. III. 44. stupente puella. VI. 36. capti et stupentes animi. II. 30. stupentibus metu Romanis.

Spirare. XXII. 17. flammas spirantium miraculo attoniti.

Sumere. III. 68. antiquos mores pro novis sumere. (resumere.)

Tangere. III. 17. si vos vestri nulla cura tangit.

Tenere. II. 1. omnia iura consules tenuere. II. 10. duos cum eo pudor tenuit. II. 14. multos urbis caritas tenuit. II. 42. tenuere (= obtinuere. II. 43.) tamen patres, ut... II. 48. Aequi se muris tenebant. II. 62. hostis moenibus se tenebat. III. 2. intra castra exercitum tenuit. III. 24. fraude fieri, quod foris teneatur exercitus. IV. 41... ne fessum labore tenerent. V. 34. ibi cum montium altitudo teneret Gallos... V. 54. adeo nihil tenet solum patriae? VI. 24. pudor primo tenuit effusos. IX. 2. torpor membra tenet. cf. III. 29. III. 41. III. 62. IV. 10. IV. 30.

Tendere. I. 12. huc armati tendunt. III. 15. contra tribuni tendebant. III. 24. cum consules adversus continuationem tribunatus tetendissent... IV. 7. tribuni tendunt, ut... IV. 8. tribuni haud sane tetendere, ne... cf. IV. 9. IV. 13. IV. 26. IV. 31. IV. 33. IV. 35. IV. 50. V. 9. — V. 18. tendere ad urbem. cf. V. 24. — VI. 38. civitati leges imponere tendet. IX. 27. IX. 37. IX. 43. X. 1. X. 24. XXI. 31.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tacere. XXI. 43. ut viginti annorum militiam vestram taceam...

Tegere. III. 22... ni fugientes silvae texissent. III. 60. indignatio Aequos et Volscos incessit, si victores exercitus vallum potius, quam virtus et arma tegerent. (IV. 28. an deum aliquem protecturum putatis?) VI. 17... ne nihil eos legationis ius tegeret. IX. 31... latebras, quibus se paullo ante texerant. IX. 35. cum iam satis nihil tegeret. IX. 36. nec vestis sic eos texit, quam.... IX. 40. pectus atque humeri teguntur. cf. XXI. 8. XXII. 28. XXII. 59.

Terrere. II. 41. id multos patrum terrebat. II. 45. memoria terrebat, ne... III. 22. eques parte victoriae fruitur territos caedendo. X. 14. non terruere Samnitium animos. X. 36. sua ipse subsidia eques territis equis proculcavit. XXII. 12. territum pristinis cladibus militem.

Terere. VI. 27.... ut in armis terant plebem. VI. 8... ne in opere longo sese tererent.

Trahere. I. 7. boves caudis in speluncam traxit. V. 10. unum bellum annum jam tertium trahi. V. 25. partem tribunorum plebis patres in suam sententiam traxerant. V. 27. trahendo eos a porta ad Camillum perduxit. X. 13.... quod non Gallos traxerint ad bellum. X. 18. traxerat contagio proximos Umbriae populos. II. 61... ut trahi rem sinerent. III. 62. trahi bellum potest. cf. IV. 18. IX. 23. I. 30.

Turbare. I. 9. turbato ludicro. I. 30. turbati ordines sunt. I. 38. muro lapideo, cuius exordium bello turbatum erat... I. 46. initium turbandi omnia a femina ortum est. II. 30. Volsci turbati vertunt terga. II. 31. turbatos pedes invasit. ibid. equitatu mediam turbaverat aciem. II. 33. clamor turbavit Volscos. II. 59. tumultus ordines turbavit. II. 65. turbatos urget. III. 5. consul suorum animos turbavit. III. 47. tanta vis amentiae mentem turbaverat. III. 48.... ut turbantes civitatis otium coerceret. IV. 2.... quod omnia divina humanaque turbentur. IV. 10. Romanus turbatas Ardeae seditione res composuit. cf. IX. 35. IX. 39.

Urere. V. 48. pigritia singulos sepeliendi acervatos cumulos hominum urebant. X. 11. neque urendis tectis elicere ad certamen potuit X. 47... pestilentiae urentis urbem atque agros.... XXII. 14. hostes sub oculis erant, Falerni agri tecta urentes. ibid. oram non Samnis urit. XXII. 31... ne ipsorum ureretur ager.

Vadere. I. 7. quem vadentem ad speluncam cum Cacus vi prohibere conatus esset... II. 10. vadit in primum aditum pontis. V. 47. Manlius ad arma ceteros ciens vadit. VI. 8. ubi videre Camillum vadentem in hostes... IX. 23. milites vadunt in hostem. IX. 31. miles vadit adversus hostium aciem. IX. 35. vadentes in hostem. cf. XXII. 11. XXII. 50. XXVIII. 2.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vallare. IX. 41. castra vallantem Fabium adorti sunt.

Vehere. IX. 13... ut eques folliculis in castra ab Arpis frumentum veheret.

Vellere. II. 25. munimenta vellebantur. III. 50... ut signa vellerent. (III. 54. convellunt signa.) IX. 14. cum pars vellerent vallum. X. 25. vellite vallum.

Venire. III. 22... ne qua pars hostium ad populandum veniret. V. 12... ut nullo bello veniretur ad exitum spei. VIII. 1. utrumque bellum Plautio sorte venit. cf. X. 11—IX. 12. omnia, quae deinde evenerunt. X. 32. non venit ad finem tam audax inceptum. cf. XXI. 24. XXIV. 10. XXVI. 40. IX. 37.

Vincere. IV. 25. vicere tamen tribuni, ut legem perferrent. (IV. 30. pervicere tribuni, ut....) V. 36. vicere seniores, ut legati mitterentur.

Vertere. I. 7. ad caedem vertuntur. I. 14. illorum poenam in se vertit. ibid. ad laevam versi populantur. I. 25. ad sepulturam vertuntur. I. 53. ab alienis in suos vertisse saevitiam I. 59. ab luctu versi in iram II. 3. libertatem aliorum in suam vertisse servitutem. II. 8. leges, quae in contrarium verterent. cf. II. 11 bis II. 20. II. 31. II. 62. III. 8. III. 9. III. 36. V. 51. IX. I. IX. 17. IX. 40. XXI. 53.

Vocare. I. 8. vocata multitudine. I. 48. vocare patres. II. 2. plebem Brutus ad concionem vocat. II. 29. senatus tumultuose vocatus. III. 3. cursus clamorque vocantium ad arma. III. 9. senatus a Fabio vocatur. III. 72. vocatae tribus. VI. 26. senatum vocari iussit. cf. VIII. 33. X. 36. XXI. 45.

Volare. XXVI. 44. ingens vis omnis generis telorum e muris volabat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf